Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8143
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

constituti erimus senio peccatorum. resurgere propo reno
vati studimus innocentia puerorum. Habet et xpianus simpli
citatis infantiam suam. Ecce enim infans nescit mentiri. fra
dare non novit. referire non audet. item et xpianitatis infan
tia ledentibus non irascit. spoliantibus non resistit. cedenti
bus non repugnat. denique sicut iussit dns erit oratio primi
tias auferentibus tunicam relinquit et pallium. verberantibus
maxilla prebet et altera. nisi quod in hoc melior est xpianus infan
tia quam natura. Illa enim peccare nescit. ista contemnit
illa primitiale innocentia est. ista est innocens puritate. atque
ideo laudi magis attribenda est. non ita malle facere non posse
quam nolle. ergo sicut diximus. etates iste sunt meritorum
ita et senectus morum. invenitur in pueris. et innocentia infantum
reperitur in senibus. denique quod in moribus senectus quoda
sit honestatis. dicit propheta. senectus enim venerabilis non
diuturna nec numero annorum computata. sanum est enim senes
honorare ad exemplum eorum qui senes et maiores natu. dicit
dns. Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut puer iste. non
intrabitis in regnum celorum. Revocat igitur eos ad originis
sue fontem. et retrorsum ad infantiam redire compellit. scili
cet ut qui corpore fragili senuerant innocentiae moribus
renascant. sicut ait salvator. Nisi quis renatus fuerit
ex aqua et spiritu sancto non intrabit in regnum dei. dicit ergo apls
Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut puer iste. Non dicit
sicut pueri isti. sed sicut puer iste. Unum elegit unum promit
videtur igitur ex eis ille infantulus sit. qui discipulis promit
mutandus. Non hic arbitror esse de plebe. non de publico non
de multitudine ceterorum. per puer ipse apls in isto mundo
tribuit infantis exemplum. Non mihi hic de publico esse
arbitror sed de clero. Puer est enim de clero puer. de quo dicit
propheta. Natus est puer nobis. Filius datus est nobis.